



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tuba Tragica, Seu Historiæ Horroris Plenæ Dominicis Per  
Annum Concionatorio ritu aptatæ, Quibus ad oculum  
ostenditur, quàm acribus pœnis flagitia proscindat  
scelerum Ultor Deus**

**Selhamer, Christoph**

**Norinbergae, Anno Gratiæ M.DC.XCIX.**

Concio XXXIV. S. Michaël. Væ scandalosum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52721](#)

## CONCIO XXXIV.

FESTVM S. MICHAELIS,  
Archangeli.*Vñ homini, per quem scandalum venit.* Matth. 18

## Væ Scandalosum.

A.  
Mirabilem  
Quæst for  
mat Tosta  
tus, quæ  
rit an Jero  
boam eri  
gendo vi  
tulos au  
reos plus  
peccarit,  
quàm om  
nes homi  
nes mundi  
Respondet  
affirma  
tivè.



Uid pessimus Israëlitarum Rex egerit Jeroboam, ex 3. Regum 12. & sequentibus abundè clarescit AA. Occasione vñ tularum, quos nequitissimus Jeroboam ex auro fabricavit, & publicæ adorationis cultui exposuit, totus Ifraël lapidatus est in Idolatriam. Ita gravillimè peccavit Jeroboam peccatum non tantum idolatriæ, sed & enormis scandali, quia causa futura totus Israël deinceps usque ad sui excidium hos virtulos adorare gendo vitulos aureos, vero Dei cultu humili fuso & pessimumdato, grandibus plenis Deus castigavit, quas etiam multò antè prædixit. Primo, puerum ejus subita morte occubiturum. Secundo ipsum cum tota posteritate peritum, idque cum enormi infamia, ut nempe sepulturā careant & à canibus ac feris dilacerentur. Tertiò regnum à Jeroboam & familia ejus ad alios transportandum. Quartò tandem totum populum in captivitatem abstrahendum. Gravitatem hujus peccati, quod hic loci Jeroboam peccavit, expendit & rimatur more suo perquam solle & accuratè Tostatus Abulensis (1) Episcopus, inde hanc format questionem: *Queritur, an jeroboam peccaverit gravius, quam omnes homines mundi?* Mirabilis quæstio! unde enim tanta profluat immanitas, ut celebrissimo Doctori percunctari liceat, num supra omnes mortales Jeroboam peccaverit, plus quàm omnes Reges Juda & Ifraël, qui erant post ipsum, imò plus quàm omnes mundi homines, ergo etiam plus quam protoparentes nostri Adam & Eva, quos omnes peccandi malitia superasse videtur Jeroboam. Lustretur S. Script. & ex ea dubiū horum casuum solutio hauriatur. De scelerato Rege Jeroboam ita S. Litera pronuntiat.

tiant. *Fecit duos vitulos aureos & dixit, nolite ultrà ascendere in Jerusalēm (2) ecce Dñs tui Israhel, qui eduxerunt te de terra Aegypti.* Horum (2) 3. Reg. vitulorum alterum in Betel, alterum in Dan locavit, populōque author extitit, ut iis honores tribuerent divinos. Hac impietate ita commotus fuit Deus, ut quamvis omnes alias offensas promptè ac facile remitte- Tanti erat ret, hujus tamen injuria tam vivacem semper memoriam retineret, ut scandalum, plus quam decies quater Jeroboamo exprobraret, quod peccare fecit Israhel. Tam atrox nempe, tam nefarius, impius, & protervus homo fuit Jero- boam, ut non contentus esset malitia propriā, sed hanc etiam in subdi- cultus Israëlitas transfunderet, eosque verbō & factō induceret, ut vene- rationem uni supremo Numini debitam fictilibus vitulis impenderent. vitulis im- Hæc ergo malitia, quā quis alios ad offendendum Deum inflamat, ita penderent. gravis & enormis est, ut eam ob rem jure querat Abulensis, an Jero- boam, qui totas hominum myriades ad irritandum Deum provocabat, gravius peccarit, quām omnes homines mundi? Nempe vitiorum om- nium, que in hominem cadere possunt, nullum scitur gravius, quām illud, quod plures alii homines adducuntur, ut in Deum suum inipiū exi- stant & protervi. Nemini proin mirum videatur, si hujus farinae scan- dalosi homines exoticō quodam modō animā simul & corpore punian- tur, morte simul temporanea & sempiterna castigentur. Hæc quidem dicta omnis generis homines altè in animos demittant, ii tamen maxi- mè, qui aliis præsunt regendis. Poëta teste, *Omne animi crimen tantò est conspectus in se, quanto major qui peccat habetur &c.* Missis tamen ho- die populi Rectoribus & præpositis, unicè statui, solos parentes muneris Væscanda- sti commonefacere, ne suas in proles & innocentes liberos temerario lum danti- ausu peccare præsumant, quod in suos Israëlitas peccavit Jeroboam. His bus! sed hodie solis Evangelii præsentis divinas voces inculco: *Væ bomini, per quem scandala parentibus lum venit!* Væ patri! væ matri! si vél per hanc, vel per illum peccare quocunque discat soboles! væ corpori! væ animæ! væ vita simul temporali & æter- næ! utriusque jacturam incurrit suam in prolem quocunq; modo scan- dalosi parentes. Probemus assertum præsens Oraculis divinis & exem- plō, verbis simul & factis.

Teste Script. (3) *Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona* (3) Gen. 17 sunt ab adolescentia sua. Accedat pessimum patris aut matris exemplum jam in Orcum non labentur liberi sed trudentur, cogentur & impellen- tur, secumque trahent, vel eō præmittent pestiferos parentes. Non cu- pio è fabulis Medeas adducere aut Prognas, liberis suis fatales Proserpi- nas; faciunt ex his fabulis millies historias nostræ fidei domestici paren- tes,

## C.

stui commonefacere, ne suas in proles & innocentes liberos temerario lum danti- ausu peccare præsumant, quod in suos Israëlitas peccavit Jeroboam. His bus! sed hodie solis Evangelii præsentis divinas voces inculco: *Væ bomini, per quem scandala parentibus lum venit!* Væ patri! væ matri! si vél per hanc, vel per illum peccare quocunque discat soboles! væ corpori! væ animæ! væ vita simul temporali & æter- næ! utriusque jacturam incurrit suam in prolem quocunq; modo scan- dalosi parentes. Probemus assertum præsens Oraculis divinis & exem- plō, verbis simul & factis.

tes,

(4) Ps. 105. tes, qui ut Psaltes (4) queritur regius, *immolant filios & filias suis demonis* jam Pluto avaritiae præsidi, jam Asmodæo Veneris procurator, jam lucifero superbiæ præconi, jam sathanizanti gulæ ac Stygio furor.

D. Herodes in bimos olim, quos inter Christum certò statuit perimer, Parentum tantis furoribus exarsit, ut ne quidem filii suis parceret tetra cruce & scandala ex gnifissimus carnifex; hanc ob rem, teste Macrobio, Roma de tanta barbare edocetus palam dixit Augustus, *meius est Herodis porcum esse quam filium.* Utinam soli Herodi hæc sententia competenterat! at vereor, n. aggerantur & ex-pravitatis herodianæ stygium semen nostro sit etiam ævo affusum. Multis certè parentes pluris hodiè suem faciunt, aut strigofum equum, quām propriam sobolem; siues certè accuratè visitant, an omnes suo fin stabulō conclusi, equos & boves lustrant & explorant, an suō ritē pebulō vescantur, & nulla sint iue infecti; filios verò & filias per popinas choreas, per avia & invia grassari patiuntur, donec in avernalis monstri letalem sinum devolvantur, unde nullus ultrà regressus speretur. Imò potius ad omne pravitatis commercium, ad omnem fescenninam societatem ipsos secum liberos dedueunt, testes futuros non tam matræ paternæ, quām gulæ ac libidinis sequaces. Ita studiò volunt problem suam in omne scelus adolescere, qui nec operam navant, ut pro his moribus imbuatur, nec ullum adhibent conatum, ut ex oculis ex animis suorum obvia quævis scandalata removeantur; faciunt adeo herodiani parentes, ut in quamvis peccandi audaciam liberi ex crescere & omniibus tandem ærumnis se ac luridos parentes suos in vivis obrui & post fata; nisi enim eos efficaciter velint malos reddere; dicite, quæ cur eos in omnem vanitatem, luxum & luxuriam à cunis educant, cur eis omnia permittunt, si noxia quævis seriò velint à suis repellere? cur totam domum diris imprecationibus, enormibus blasphemis, & laetiam Venerem olentibus dicteriis incestant, si à suis ardeant castis precibus & perennibus votis cœlos pulsari? cur suos ædium domellios raro admodum proprio nomine salutant, sed eos potius mordacibus locis proscindunt, si nolint ut senes calvastros, rugosas anus Centaure fatentes spumas, servos & ancillas mille aliis convitiis efrænes liberas sperrant, illos jam cœcos, surdos & mucosos, has jam vetulas, inveras & Luciferi sponsas, illos verberones & nebulones, has meretrices & Orci pabula proclament? cur ad omnes mensas, nuptias, fatus & tripudia, ludos & spectacula filias dimittunt, ut videant & videantur si earum integritati esse cupiant consultum? cur prolis numerose gratiæ tantum iniquitatis mammonam coacervant, ut ex corio alieno typi-

pana resonent, & dies semper opimos & adipales vivant posteri, si suæ  
florumque saluti providè velint in Nestorios usque annos prospectum?  
Sic plutus Plutonem provocat in exitium rapacium parentum & impia  
posteritatis. Cur reprobi parentes sobolem suam ita delicate nutriunt,  
ita molliter sovent & enervant, ita protervè patiuntur, imò ambiunt,  
incitant, instigant, ut se ad omnem luxum & luxuriam exornent? sic  
sanè formæ simul & admiratores pariunt & insidiatores. Minus habent  
insidiarum, quæ minus habent munditiarum. Dum comuntur, ven  
duntur, vel certè patenti foro parantur, & emptoribus aut raptoribus  
prostituuntur. Inspiciamus hic loci nonnihil præsens ævum & nostræ  
temporis perversos mores, ac corporis vestiendi rationes cominus ex  
ploremus. Prò quantæ novitates in dies & in horas excrescent! quant  
tô pretiô, quantô vestium-apparatu pupæ in forum, promoven  
tur? Nemo dicat hæc levia esse statui suo confona ornamenta!  
Nemo palliandæ profusioni totale dominium suas in fortunas obji  
ciat, quibus cuique uti liceat & abuti, modò propriæ sint expen  
sæ, & non alienæ. De his longè aliter pronunciat (5) Gregor. quem (5) S. Greg.  
meditandum propono. *Sunt nonnulli (verba sunt S. Patris) qui cul  
tum subtilium & pretiosarum vestium non putant peccatum esse, quod si  
verum esset, Sermo divinus tam vigilanter non exprimeret, quod dives,  
qui apud inferos torquebatur, byssō & purpurā fuerit induitus.* Juxta  
hunc Patrem grandes census aut notabilem patrimonii summam in pre  
tiosam curiositatē tegendo corporis trunco expendere, interim nul  
lam Miserorum rationem habere, quibus gravissima mendicitas mille  
gemitus extorquet & lamenta, grande scelus est Christianæ charitati  
& diametro oppositum, atque adeò ultricibus Averni flammi torquen  
dum. Accedat huic vestium generi grande scandalum, quô juniores  
suas nudo pectorali mucidæ matres prostituunt, aut prœstutui patres  
patiuntur, flamma duplô major prolem involvet & parentes.

Liceat mihi hic loci brevem aliquam digressionem facere ad fe  
mellas, hominum genus supra quæ credi potest formæ suæ & alienæ  
studiosum. Se ac prolibus suis ad usque scandalum fucandis non pau  
ca plurimas terunt horas, nullo alio fructu, quæ flygio, tartareo,  
Sunt has inter, quæ cum nullis artibus fieri possunt opulentæ, voluntas, ut su  
tamen videri opulentæ, in quem finem suas etiam soboles magnifico perbiam  
luxu velut equas solis phaleris celebres, coecutientibus procis venum  
exponunt. Sic totus earum mundus grandes dvitias prurientibus  
spondet candidatis, sed *hanc* dives quilibet esse potest; Donis nil præ  
ter horridam sorditatem & antosam paupertatem ostentant; foris splen  
dicant

E.

*Notæ in  
Matres fu  
candis pu  
ellis disten  
foris pro  
pugnant.*

dicant corporis emaciati ornatur, propriis in ædibus situnt, esurio, uno sæpè cochleari contentæ, cœcō jusculō & fontanâ græcantur; ceteriū sericis & attalicis vestibus putidam carnem exornant, interius nigris centonibus fordescunt; foris aurō, argentō, gemmis & unionibus superbum caput, nudum pectus & venale corpus circumferunt, intus lacerō undiq; linteo pellem tegunt meretriciam; ceteram si suppellicem investiges, nec integrum in mensis mappam, nec totum fragulum prolecto reperies, aut totum si fuerit, censum feret hebdomadarium, proximis ē laribus mutuatum; hæc sanè splendida est miseria, alibi detibus digna, quam nisi meis hisce sepiùs spectâsssem, nulli crederem hominum superbiam eò vesaniæ grassari, ut malint antè cum incipiat privatum luctari, quām aliquid de luxu remittere in publico, veri nomina martyris, sed diabolica hæc miseria, & ibi suæ tumentis superbie patet daturæ interminabiles. Alias procax lascivia eò temeritatis impellit in se ac suis etiam opus Dei corrumpere haud reformident: crux colore mutant adultero, vultum mendaciō pingunt, aliquique certi faciunt, quām Deus contulit; sic tandem instar pupæ in compita prædeunt, duplex alienæ castitati facturæ vulnus in vestium elegantia morticinæ pellis prostitutione. Hunc in finem necessarium non est ut talis clades per malitiosam voluntatem intendatur; ut crimen sit putetur, satis est occasionem moriendi propinâsse, et si nulla mors consequatur. Audiamus Hieronymum (6) si vir vel mulier se ornaret  
(6) S. Hier. I. cont. Hel. vid.  
*Et vultus bominum ad se provocaverit, et si nullum inde sequatur damnum judicium tamen patietur aeternum, quia venenum attulit; si modò sufficeret qui biberet.* Ex quibus verbis sat abundè colligitur quantum corporis ornatus peccetur, quem in suis prolibus vel ultrò promovent, & pessimè dissimulant luridi parentes. His ego una fumptis, & sui cultura tantoperè defatigatis, jure hodie acclamaverim, quod olim Thomas Morus, Angliæ Cancellarius, & nobilis Martyr, modò puellæ objecit, quando eam multo cum labore ac dolore capillos videlicet crispantem & complanantem, ut frons latius patesceret; latus utrumque arctissimè constringentem, ut gracilitatis gratiam corpori conciliaret; pectus scandalofissimè denudantem, ut meretricios amores reaccederet; tum enim Vir Dei justo zelô exarsit, & hæc in verba proferens  
*Nisi Deus pro hoc tanto tuo labore tibi reddat infernum, magnam pro te injuriam tibi faciet.* Videlicet Morus, quod his primis annis interiores auræ domicellas ceptum est tentari; spectâasset hanc vestitum puram, hanc totius corporis prosopopœiam, adhuc radiis in altum prodicis & crispato capiti superimpositis coronari, fulmen credo iteratum r

hanc ligulariam pravitatem è cœlis evocâset. Miror sanè , tam enor-  
mem superbiæ proterviam summis à Capitibus & populi primoribus to-  
lerari. Aliter hæc Damarum capitositas tolli non potest, nisi serio ipsi  
à Magnatibus , ipsis à Magistratibus averruncetur. Si nolint feminini  
generis cristas proscindere Damarum immodici cultores, current saltem  
ut hoc syrmatum & palliorum genere , his radiis capiti circumpositis  
& ligularibus mitris , palam triviales etiam pueræ , imò lictorum quo-  
que & apparitorum filiæ gloriari possint ; spondeo , juro , una hebdoma-  
de totus iste apparatus evanescet , quia nulla se huic hominum generi  
ultrà equiparari patietur. Sed hæc per transennam. Ad Morum redeo ;  
hic magnus olim apud Anglos Cancellarius serio affirmavit , persuasi-  
simum sibi esse , quamplurimos hac in vita parentes cum liberis suis , eò  
quòd ornando corpori tantos labores vel impendant ipsi , vel impendi  
patientur , hoc pretioso apparatu Stygem mercari , cœlos lucraturi , si di-  
midiam laborum partem animæ cultui destinâssent.

Emit tetricam Stygem hōc vestium pretiō uxor Veneta , virō suō  
viduata , quæ , ut perhibet Nicolaus (7) Vernulæus , maritō ad umbras (7) Nicol.  
dimissō , adeò mollis , delicata , & enormi luxu fracta est , ut carnem Vernul.  
morticinam non aquis communib⁹ , sed roribus matutinis , quos col. Orat. 22.  
ligi laboriosissimè curabat , perpetim lavaret , nec cibos ad mensam ma- F.  
nu contingere , sed eos fulcinulis aureis ori admoveret. Corpus stium Pretioso  
unguentis quotidie fragrantissimis perfunderet ; cubiculum pretiosis  
simis aromatis vaporaret ; quidquid luxus ingenioso feminæ genio sug- vestium ap-  
gereret , id totum sibi & corporis sui trunco vendicaret. Exemplum paratu &  
matris secuta proles tam in vestibus quam in escis & corporalibus deliciis  
volupias prensabat nonnisi exoticas & paradoxas. At quoisque tanta  
se licentia extendit ? Annō alterō visus est Deus ad tam immanem pro- Hist.  
teriam connivere ; inde divinitus grayi morbō mater percutitur , ex  
morbo corporis nascitur putredo , ex putredine tantus fœtor exoritur ,  
ut intueri eam nemo posset , adesse illi nemo ultrà sustineret , ipsa etiam  
filiâ matris pullâ procul à lecto dilapsa . Una ei & adhuc fida erat ancilla ,  
quæ plurium aromatum auxilio & naribus probè occlusis raptim quoti-  
die cibum illi porrigebat & festinanter inde pedem revocabat. Sic totis  
diebus ac noctibus suis in fordibus sibi relictā , & ab omnibus , etiam a  
suis deposita , tandem diras inter in Deum & in cœlum ejaculatas spiri-  
tum evomuit , rectâ hinc , ut ajunt , suo cum corpore phlegetontæos in  
lacus demersum. Sapuit alieno matris malo filia , & valido calce seculari  
pompæ illiso , soli Deo sacra in solitudine nova veluti Philagia gloriosam  
serviuit servitatem , eum in finem , ut sanctius matre sua moreretur. Ti-

N n. 2

meant

G. meant simile fatum matres quaecunque, imò etiam patres, si nomini ad  
 Væ luridae luxum, & que luxum comitari solet, luxuriam, teneram sobolem &  
 Matri intentatum. nis educent parentes, horum ex manibus salus liberorum requiriatur, si  
 vel semel fuerit perdita vel delecta. Quod fusiū de superbia per ple-  
 rentes liberis instillata dictum est, servata proportione de omnibus alii  
 sumt debet virtutis per parentum malitiam tenellæ ætati affulsi. Scandal  
 peribit, qui scandalum proseminalit. Væ æternum omnibus è celo de-  
 creatum est, quotquot alios quoquaque modo in grande peccatum, &  
 quod crudius fuerit, in peccandi consuetudinem devolvunt. Caveant  
 adeò parentes, ne pravitatis in liberos transfusæ rei, dictum vœ incurram  
 præsenti Evangelio conclusum: *Væ homini illi, per quem scandalum veni-*  
 ut plurimum enim *boc vœ* non tantum temporale, sed damnum etiam  
 importat æternum, damnum non ipsis tantum parentibus sed ipsis quoq;  
 liberis mortale damnum. Melius sanè foret, nunquam genuisse mortales  
 si eos pravis exemplis suis à celo abstrahant. Possent liberi sicut virgo-  
 ta primis annis in omnem partem ac modestiam inflecti, si animæ cur-  
 tam sui quam suorum curæ esset parentibus; exsurgat in truncum ge-  
 men, actum est, quidquid agatur. Refert Fulonius (8) Mediolanensem,  
 in lib. 2. civem nostra ætate filio suo reclamantibus amicis tantum induluisse,  
 Mach. c. 5. post varia flagitia licentiosè patrata, etiam homicidium committere.  
 H. unde profusus banditorum se turmæ associaret. In hanc ipsam bandi-  
 Et lurido rum turmam cum aliquando ipse pater incurritset, agnituq; filium ac  
 patri. tonitus rogasset, quid hic rerum ageret homicida? Ocius nequam filio  
 Hist. reposuit: ago hic loci, quod tu pater filium docuisti, simul eum ad pro-  
 ceram & annosam arborem deduxit, hortatus, præsentem ut truncum  
 inflesteret; excusanti aliam humilem & tenellam ostendit arbicularia  
 monuitq; ut hanc flesceret, quam cum facili negotio flexisset, iterum ne-  
 tuit filius bandita, sic nuper fui filius tuus, cum ad relictitudinem ne-  
 flectere primis ab annis neglexisti, nunc in lignum ita curvum, hispidum  
 & informe, tuâ unius culpâ indurui. Dixit hæc filius & una luridum ne-  
 trem occidit, seque ipsum mox facinorum suorum odiō Senatu flas-  
 Mediolanensi, à quo ad rotam damnatus poenas dedit multiplicium fa-  
 gitiorum. En parentes duplex vobis speculum exhibeo! Patres hunc te-  
 trem inspiciant, Matres Venetam contemplentur, unâ secum vœ tem-  
 raneum, vœ sempiternum suos secum in ædes asportent, ac sedulo  
 caveant, ne per scandalum liberis data aut in illis tolerata  
 vel temporaneum vel æternum vœ incurvant.

Dixi.

CON-